Haec radicitus evellenda, ne [implantis] succrescat tandem in malum maximum.

Itaq, Dii teneris tales avertite pestes

Et vos juvenes velis remisq, laborate, ut vobis et vestris studiis Apollo et nos ita gratulemur

Eja age.

Aggredere ingentes (aderit jam tempus) honores

Aggredere —

sic o sic itur ad astra

Ad summam tribus (quod dicitur) verbis vos ab hoc vitio postremo dehortor.

Last unß ja unß selbst nicht lieben
Bild ihm niemand zu viel ein
Wil er sich nicht selbst betrüben
Und in furcht ohn hoffnung seyn

Dixi:
et ut mnemosynon adposui

Fridericus Ledelius Sora. Lus.

NIELPONEAE.

Neminem in consessu hoc amplissimo inveniri arbitror, qui Solarium ingeniorum degeneratione in praesentiarum querimoniis institutam vitio verteret. Et quidem non immerito. Quem n. late Solem esse Principem inter sidera? quem fugit, Solem esse oculum mundi, ducem temporum, perennem luminum fontem, omnes ste illuminantem pariter et obfuscantem? Quis nescit Solem ~~esse~~ sua luce dare cunctis sideribus splendorem illum, quo purissim ubi inhaerent, caelum exornent, quos nobis mortalibus, humi stratis nocturnas inter tenebras collucеant? Quis non perspectum habet, lem juventutem gubernare, eidem animos ac vires addere, & ad altiora sublimioraq erigere? Quis deniq ignorat, Solem reddere omnes, qui ad mundum demirandum sunt producti, cogitabundos ac meditabundos? nulla natio, nullus populus, nulla gens, neq tam mani feritatis saevitie efferata, neq tam extra omnem posita scientiam, sub nullis caeli aspectibus unquam, in ullis terrae locis